O te beatum ceſpitem tanto hoſpite!
O cui inuidêre cuncta poſsint marmora!

EIDEM.

TE viuo, Caluine, fuit mihi viuere dulce,
Hei, quam dulce foret, te moriente, mori!
Et tamẽ eſt, fateor, grata hoc mihi nomine vita,
Quod tibi quas fundam ſufficiat lacrymas.
Viue igitur, Beza, in luctus, tibi vt vſq; perennes
Caluini in tumulum vita miniſtret aquas:
Iunctura abſenti donec te rurſus amico,
Mors pariter vitam finiet & lacrymas.

EX MVLTIS IN EVNDEM GRAECIS, Latinis, Gallicis, magnorum virorum in eundem ſcriptis Epitaphiis, hæc paucula viſum eſt ſeligere, quæ hic apponeremus.

ἙΡΡΙΚΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ.

ΠΑππολάτραι, τί τόσον τούτου μόρῳ εὐχετάασθε,
Ὡς περιφυγόντες ἅπαξ τῆσδε παλαισμοσύνης;